AUGUSTINUS HIPPONENSIS. HUGO DE SANCTO VICTORE. LIBER ANNIVERSARIORUM NEOCELLENSIS. NECROLOGIUM NEOCELLENSE

Neustift (?), 1459-1521 Seite 118v

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35426
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

December

b·iii·ydus Rome beati
damasi pape.

/ Et rome passio
Trasonis martiris / qui cum
esset xpianissimus / iubente
maximino tentus est / ac cum
aliis duobus / potenciano
et pretextato / martirio coro-
natus.

C·ii·ydus In alexandria
natale sanctarum mulierum
ammonarie et mercurie
cum aliis duabus / que inauditorum
tormentorum generibus tolera-
tis / ac superatis / novissime
omnium ferro cedente mar-
tirium susceperunt / Et apud
narbonam natale sancti
pauli confessoris / quem
beatus paulus apostolus ordinatum
eiusdem urbi destinavit
antistitem / et predicacionis
officio non segniter impleto /
clarus miraculis quievit.

D·ydus Apud siracusam
sicilie / natale sancte lucie
virginis et martiris sub
persecutore diocleciani / quam
cum lenones corrumpere
iubente pascasio consu-
lari vellent / nullatenus
eam movere potuerunt / nec
funibus additis / aut boum
paribus plurimis / pice /
resinam / fervens oleum /
nil lesa sustepit / tandem
gladio in viscera merso
percussa est / Eodem die sancte
Otilie virginis / Regis
udalrici galliensium
filia / ceca nascitur / a beato
Echardo ratisponensi episcopo
baptisatur / que in baptismo
lumen recepit / in monasterio centum
et triginta virginibus nonna presi-
debat / tandem in domino quievit
/ Eodem die sancti iodoci

E·xviii·kl·januarii
Apud cyprum natale beati
spiridionis episcopi / qui unus
fuit ex illis confessoribus /